Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



xit petrū. Et recordatus est petrus uerbi dñi sicut dixerat:
qa priusquā gallus cantet ter me negabis. Et egressus petrus
foras flevit amare. Et uiri qui tenebant illū: illudebant ei
cedentes. Et uelaverūt eū et percutiebant faciē eius: et interro-
gabant eū dicentes. Prophetiza: qs est qui te percussit? Et alia
multa blasphemantes dicebant in eū. Et ut factū est dies conve-
nerūt seniores plebis et principes sacerdotū et scribe: et duxe-
rūt illū in concilū suū dicentes. Si tues xpc: dic nob. Et
ait illis. Si uob dixero: ñ credetis mihi. Si aūt et interrogauero:
ñ respondebitis mihi neq; dimittetis. Ex hoc aūt erit filius
hominis sedens a dextris uirtutis dei. Dixerūt aūt omes. Tu ergo
es filius dei? Qui ait. Vos dicitis: qa ego sū. At illi dixerūt.
Quid adhuc desideramus testimoniū? Ipsi enim audiuimus de ore
eius. Et exsurgens omis multitudo eorū: duxerūt illū ad pila-
tū. Ceperūt aūt illū accusare dicentes. Hunc inuenimus subuer-
tentem gentem nram. et prohibentem tributa dari cesari: et dicentem
se xpm regem esse. Pilatus aūt interrogauit eū dicens. Tues rex iu-
deorū? At ille respondens ait. Tu dicis. Ait aūt pilatus ad principes
sacerdotū et turbas. Nihil inuenio cause in hoc homine. At illi
ualebant dicentes. Commouet plebem docens per uniuersam iudeam
et incipiens a galilea usq; huc. Pilatus aūt audiens galileam: i
terrogauit si homo galileus esset. Et ut cognouit qd de herodis
potestate esset remisit eū ad herodem: qui et ipse ierosolimis erat illis
diebus. Herodes autem uiso iesu: gauisus est ualde. Erat enim ex
multo tempore cupiens uidere eū: eo qd audiret multa de illo: et spe-
rabat signū aliqd uidere ab eo fieri. Interrogabat aūt illū: multis
sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes
sacerdotū et scribe: constanter accusantes eū. Spreuit autem
illū herodes cū exercitu suo: et illusit induens eum ueste alba: et remisit
ad pilatū. Et facti sunt amici herodes et pilatus in ipsa die. Nam an-
tea in inimicitia erant ad invicem. Pilatus aūt conuocatis principibus